

neglexisse solvere mercudem debitam jam a pluribus annis. Confessario exprimit contritionem de peccato commisso, attamen restitutio reensat quia articulus 2267 Codicis Civilis Canadensis declarat talia debita esse *omnino extincta*. *Quid in casu?*

Caio mortuo sepulturam sacram denegat, Sempronius parochus, quia jam a pluribus annis omisit paschalem communionem recipere. Cui filius probat patrem suum communicasse singulis annis tempore debito 1° in ecclesia cathedrali; 2° aliquando in capella publica seuniarii è manibus vicarii generalis; 3° in capella privata domus episcopalis, è manibus episcopi; 4° tandem è manibus ipsius Sempronii, sed in alieno paroecia.

Quæritur an Caio obligatiōi sue satisficerit.

MENSE JULIO.

Sempronius parochus hujus archidiocesis Cañum vicinum parochium coram judice laico citat propter quædam debita que Caio solvere reensat; 1° propter decimas praedii quod Caio habet in parochia Sempronii; 2° propter censum hypothecariorum sibi a patre relictum super codem praedio; 3° in reparationem quarundam injuriarum.

Robertus haec audiens monet Sempronium ejus est confessarius, ut a dictis actionibus civilibus desistat ne incidat in censuris contra violantes immunitatem ecclesiasticam.

Sempronius non vult acquiescere et querit:

- 1° *Quid est immunitas ecclesiastica?*
- 2° *Quænam penas late fuerint contra violantes eam?*
- 3° *An illas penas incurrerit?*

Sempronius parochus in administratione sacramentorum nunquam legit exhortationes in appendice ritualis insertas, sed vel nullam facit exhortationem, vel panis verbis alloquitur adstantes prout sibi bonum videtur. Quæritur *an bene sese gerat Sempronius?*